



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dominicas Per Annum

Höger, Franz

Ingolstadij, 1726

VD18 90197089

Domin. XXIV. post Pentecost.


[urn:nbn:de:hbz:466:1-53055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53055)

Resuscitatio.

THESIS XI. *Surrexit puella.* Matth. 9. v. 25. I. Christus facit eam *surgere*; ita etiam peccator à morte seu peccato surgere debet. II. Facit eam *ambulare*, ita resurgens peccator viam virtutis ingredi debet. III. Facit eam *manducare*, ita peccator Sacramentis, velut animæ alimentis uti, & pascere se debet.

Consideratio Mortui.

THESIS XII. *Modo defuncta est.* Matth. 9. v. 18. Triplex consideratio valde utilis est I. Mortui in suo *Letædo*. II. Mortui in suo *Feretro*. III. Mortui in suo *Sepulchro*. *Chappuis in Medit. 19. Dec.*



DOMIN. XXIV.

post PENTECOST.

Judicium extremum.

THESIS I. *Videbant Filiam Hominis, venientem in nubibus.* Matth. 24. v. 30. Judicium est rimendum propter tria: I. Propter *Judicis Terrorem*. II. Propter *Judicis Rigorem*. III. Pro-

Propter Suppliciorum Horrorem. S.
Bonay. Exposit. super Ps. 118.

THESIS II. *Congregabunt Ele-
ctos ejus.* Matth. 24. v. 31. In Judi-
cio extremo quatuor erunt Ordines.
I. Alij judicabunt, & non judicabun-
tur, ut perfectissimi. II. Alij nec judi-
cabunt, nec judicabuntur, ut damnati
Infideles. III. Alij judicabuntur, &
salvabuntur, ut mediocriter boni. IV.
Alij judicabuntur, ut pereant, sicut Fi-
deles mali. *Gloss. Ordinar. super Ps. 8.*

THESIS III. *Videbunt Filium Ho-*
minis. Matth. 24. v. 30. *Videbunt fa-*
ciem ejus in nubilo. Job 33. Scilicet Ju-
diciis *Christi fa-*
tus videbit I. Quia facies Christi erit *cies.*
facies *Defendentis.* II. Erit facies *Ho-*
norantis. III. Et *Vindicantis* eos con-
tra peccatores, qui eos oppresserunt.

THESIS IV. *Tunc plangent omnes.* *Status*
Matth. 24. v. 30. *Maximè peccato-* *peccatorum*
res, quibus in die Judicij : I. Nulla e- *tunc.*
rit excusatio. II. Nullum erit auxi-
lium. III. Nulla erit Spes Salutis.
La Selve. hic.

THESIS V. *Plangent omnes tribus* *Judicium.*
terra. Matth. 24. v. 30. Tria sunt,
quæ

quæ bene observari debent in Judicio.
 I. *Separatio* ab invicem, quâ nulla terribilior. II. *Examen*, quo nullum acerbius. III. *Sententia*, quâ nulla formidabilior. *La Selve. ser. 2. post Dom. 1. Quadrages.*

*Peccati
 adoratio
 est Abominatio.*

THESIS VI. *Cum ergo videritis Abominationem desolationis.* Matth. 24. v. 15. I. Abominatio talis est Peccatum impunitum. II. Peccatum autoritate munitum. III. Peccatum præmiatum. *Diction. Apost.*

Judicium.

THESIS VII. *Videbunt Filium hominis.* Matth. 24. v. 30. I. Quantum rigor Judicij futurus sit, colligi potest ex Judicio primorum hominum Adami & Evæ. II. Item ex Judicio Angelorum prævicatorum. III. Denique ex Judicio Dei super Filio suo tempore Passionis. *Id.*

THESIS VIII. *Ecce hic est Christus, aut illic.* Matth. 24. v. 23. I. Insignis amentia est, relinquere certum pro incerto. II. Verbum Dei pro verbo Mundi. III. Veritatem pro figura, seu apparentia; & tamen hoc fieri quotidie videmus. *Anonymus.*

DO.